

1542. die 14. Januarij.

24

Sigismundus I. Rex Polonia.
Alberto Duci Prussiae

Illustrissime etc De proscriptio-
nis negotio scripsimus ad Serenissimum
Dominum Romanorum regem nostrorumq;
Commissarios nos esse Designaturos rece-
pimus. Dum modo quos Majestas eius.
renunciasset, quo etiam tempore, et
quo loco eos convenire vellet certiores
ab illa redderemus, Dabitur a nobis
opera, quantum nostra diligentia provi-
deri poterit, ut ad optatum tandem
aliquem finem hoc negotium perduci
queat. Quae De rebus Turcicis scri-
bit Illustritas tua, ea sane accepi-
mus, non visum est omnia literis
committere sed ex Magnifico Andrea
Comite a Gorca Castellano Polonien-
si, quoniam ei mandata ea de re ad
Illustritatem dedimus. Quid sit nobis
Deliberatum cognoscat. Datum Vilnae
die 14. Januarij. 1542.

Ab Eodem
Sigismundo I. Rege Poloniae
Serenissime etc Quod Majestas
vestra in causa proscriptiois de qua
loties illi scripseramus, non defue-
rit Illustri Duvino Alberto Prus-
siae Duci Nepoti nostro Charissimo
habemus illi gratiam. Quod obtineri
potuit id interea boni Consulibus.

Commissarios

Commissarios libenter designabimus mo:
do qui fuerint a maiestate Casari de:
signati, et quo loco, quove tempore
convenire eos, velit certiores a maje:
state vestra reddi queamus, tum et
nos si idem non bis tempus commodum
videbitur ad id nostros quoque mitte:
mus, illud autem providere cumpri:
mus. Cupimus, ut qui mittentur ab
utroque nostro ij plenam habeant re:
rum omnium potestatem. Ita ut
si intra spacium anni vertentis per
concordiam res transacta non sit,
liceat eis in tempus etiam longius
proscriptionis sententiam suspende:
re. Quod si opera maiestatis vestre
provisum ita fuerit, futurum id no:
bis est multo gratissimum et ad con:
stitutam inter nos amicitiam ma:
gis etiam augendam et amplifican:
dam plurimum pertinebit. Datum
Vilnae Die 14. Mensis Januarij. An:
no Domini 1542. 2